Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



Vocny

77

qui cum: et crucifixerunt eum.
Erat autem titulus causae eius
in scripturis rex iudeorum. Et cum
eo crucifixerunt duos latrones,
unum a dextris et alium a sinis-
tris eius. Et impleta est scrip-
tura quae dicit: Et cum iniquis
deputatus est. Et praetereuntes
blasphemabant eum mouentes
capita sua, et dicentes:
Vae qui destruis templum dei,
et in triduo diebus reaedificas:
Salui fac temetipsum de lec-
to de cruce. Similiter et principes
sacerdotum illudentes ad alter-
utrum cum scribis dicebant:
Alios saluos fecit: seipsum
non potest saluum facere. Christus
rex israel descendat nunc de
cruce: ut videamus et credamus.
Et qui cum eo crucifixi
erant conuituperabant eum. Et ho-
ra sexta tenebrae factae sunt
per totam terram usque in hora no-
nam. Et hora nona exclamauit ihs voce ma-
gna dicens: Heloi, Heloi, la-
ma sabachani. Hoc est: deus
meus deus meus ut quid dereliquisti me?
Et quidam de circumstantibus
audientes dicebant: Ecce he-
liam vocat iste. Currens
autem unus et implens spon-
giam aceto circumponebat ca-
lamo potum dabat ei dicens:
Sinite videamus si veniat
helias ad deponendum eum.
Ihs autem emissa voce ma-
gna expirauit. Et ecce uelum
templi scissum est in duo a summo
usque deorsum. Videns autem ce-
nturio qui erat ex aduerso stabat,
quia sic clamans expiraui-
sset, Vere hic homo filius dei
erat. Erant autem et mulieres
de longe aspicientes inter quas
erat maria magdalena et
maria iacobi minoris et io-
seph mater et salome. Et cum es-
set in galilea sequebantur eum
et ministrabant ei: et alie mul-
te que simul ascenderant in
hierusalem. Et cum iam esset
factum quia erat parasceue quod est
ante sabbatum. Venit ioseph ab
arimathia nobilis decurio
qui et ipse erat expectans
regnum dei. Et audacter in-
troiuit ad pilatum et petit
corpus ihu. Pilatus autem
mirabatur si iam obisset. et
accersito centurione interro-
gauit si iam mortuus esset.
Et cum cognouisset a centu-
rione, donauit corpus io-
seph. Ioseph autem mercatus
sindonem et deponens eum:
et inuolutum sindone. et po-
suit eum in monumento quod